



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

XXIV. Vicario, & Officialibus Generalibus Congregationis Galliarum Ordinis  
Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Excalceatorum nuncupat. indulgetur,  
ut post vacationem novemdecim, aut viginti circiter ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

XXIV.

Dat. die 18.  
Januar. Anno  
Dom. 1731.  
Pontif. I.Expositio  
Procuratoris  
Cong. Galliarum  
hujus  
Ordinis:  
Scilicet ex  
obseruancia  
nonnullorum  
Capit. Con-  
stitut. Officia-  
les Genera-  
les saepe per  
quadragesimam  
ineligibilis  
fieri.Concessio  
de qua in  
Summ.(Harum lite-  
rum robur.

Vicario, & Officialibus Generalibus Congregationis Galliarum Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupat. indulgetur, ut post vacationem novendecim, aut viginti circiter mensum ab eorum officiis ad alia eligi possint.

## CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

**E**xponi Nobis nuper feci dilectus filius Timotheus a Sancto Francisco Salesio, Procurator generalis Congregationis Galliarum Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Excalceatorum nuncupatorum, quod juxta sess. 10. cap. 2. tertiae partis Constitutionum dictae Congregationis illius Vicarius generalis, absoluto suo officio, omnesque Officiales generales, qui per duam Capitula immediate subfrequentia & completa ad aliquod officium, cui competit votum, promoti fuerint, per biennium ineligibilis remanere debeant: ac insuper quod juxta sess. 1. cap. 3. ejusdem tertiae partis Capitulum generale praedictae Congregationis de triennio in triennium feria sexta ante Festum Sancti Michaelis Archangelii celebrari solet: necnon juxta sess. 1. cap. 11. ejusmodi tertiae partis singula Provincia singularis bienniis feria sexta ante Dominicam tertiam post Festum Resurrectionis Dominicæ Capitulum generale celebrare consueverint: unde fit, ut, eodem Capitulo generali quatuor circiter mensibus post Capituli generalis celebrationem sepius adveniente, idem Vicarius generalis, & alii Officiales generales in praedicto Capitulo absoluti juxta primum sess. supradictum in Capitulo Provinciali post viginti circiter menses subsequenti ineligibilis sint, & consequenter per quatuor ferè annos ad omnia officia Provincialia inhabiles remanentes: quod sane bono Provincialium non mediocriter nocet: sic enim Provincialia hujusmodi auxiliis virorum, quæ zelus & experientia in rebus Religionis veratissimos fecerunt, privantur: sic quandoque minus digni ad officia elevantur: & denique bonum spirituale sive temporale earundem Provincialium deperit.

**J.** 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicitus Timotheus Procurator generalis, ut imposterum Vicarius generalis, ac omnes Officiales generales absoluti, in Capitulo generali subsequenti Capitulum Provinciali quatuor circiter mensibus in Capitulo Provinciali proxime futuro eligibilis sint, ita ut ipsi novemdecim aut viginti circiter mensibus vacasse sufficiat, per Nos statui & ordinari plurimum desiderer. Nobis propterea humiliter supplicarunt, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Timotheum Procuratorem generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ejusdem Timothei Procuratoris generalis precibus auctoritate Apostolica tenore praesentum benigne indulgemus.

**J.** 2. Decernentes easdem praesentes literas semper validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri, & obtinere; ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in omnibus & per-

omnia plenissime suffragari; & ab eis respetive inviolabiliter observari; sicut in praemissis per quoconque Judices ordinarios & delegatos, etiam Castrorum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere; ac irritum & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attendari. Non obstante, praemissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus & singulis illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

**J.** 3. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumpsis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio quam extra illud habeatur, que praesentibus haberetur, si fore exhibita vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii 1731. Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Votantibus Signature Justitiae conceditur usus Mantelli Magni, & Pilei Pontificalis cum illorum ornamentis in solemnibus equitacionibus &c.

*Eisdem Votantibus Galeri redimiculum, vulgo Cordone, Violacei coloris concessit Benedictus XIII. Conf. Romani Pontificis &c. die 12. Julii 1727.*

## CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

**C**reditur Nobis divinitus dispensationis ratio postulat, ut illos, qui laudabilem in gravibus Nostris & Apostolicæ Sedis ministeriis operam impendunt, peculiares paternæ charitatis affectu prosequentes, gratias & privilegia eis in premium, laborum suorum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris prudenti liberalitate concessa; uberiori benignitate ampliamus, si cut eorum meritis convenire arbitramur.

**J.** 1. Alias siquidem Benedictus XIII. Prædecessor Noster tunc & pro tempore existentibus Signature nostræ Justitiae, tunc sua, Votantibus, ut ipsi Galeri redimiculum, Cordone vulgariter nuncupat; coloris Violacei quibusvis functionibus & actibus publicis ac privatis ubique deferre & gestare libere & licite possent & valerent, concessit & indulxit, & alias prout in ipsius Benedicti Prædecessoris desuper in simili forma Brevis die 12. Julii 1727, expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene & sufficienter expresso ac inserto haberi volumus, uberiori continetur.

**J.** 2. Nunc autem Nos ad præclaræ dilectorum filiorum modernorum Votantium Signaturæ Justitiae hujusmodi merita paternæ dirigentes considerationis intuitum, ac benigne pérpendentes, quantum ex eorum Tribunali seu Collegio Romanæ Curia decoris, quantumve ex sedulo illorum labore Ecclesia Catholica proveniat utilitas; eoque proinde, ac illorum Successores, ut eo alacrius fidem, operam, industriaemque, atque sedulitatem in hujus Sanctæ Sedis

obsequium

Dat. die 25.  
Januarii Anno  
1731. Pon-  
tif. An. I.

Exordium.

Ufus Cordo-  
nis violacei  
Votantibus  
Signaturæ  
concessus a  
Bened. XIII.

*Eisdem Man-  
tello Magno,  
ceterisque  
suprad. vii  
conceditur.*

Contrario-  
rum deroga-  
tio.Fides Tran-  
sumptorum.

XXV.